ꝑpõ.ꝙ aer nãlr qeſcit infra ɔcauũ ignis ⁊ ɔuexũ aque:ſilr
ignis inter cõuexũ aeris ⁊ ɔcauũ lune.pꝫ ſicut p̄cedẽs. Si di
cas ꝙ ignis in illo ſitu non qeſcit cũ moueat̄ ibi circulariter:
vt dĩ p̊ metheoꝛoꝝ. Dicat̄ ꝙ ſufficit locatũ in ſuo loco quie/
ſcere a motu recto quo moueret̄ a loco nãli. ℂ Decimaq̈rta
ꝑpõ.ꝙ qḋlꝫ hoꝝ qeſcit in ſuo ſitu nãli:⁊ ɔſeruat̄ ꝑ virtuteꝫ
influxã a celo ſibi in illo loco.pꝫ ſicut 6ª. ℂ Coꝛm:qḋlꝫ hoꝛuꝫ
elementoꝝ in ſuo ſitu nãli ɔſeruat̄ ꝑ virtutẽ influxaꝫ a celo
gñatiuã nãlr qualitatũ.tali elr'o ɔueniẽtiũ:ſicut ignis ī regio/
ne ſua ꝑ v̄tutẽ calefactiuã deſiccatiuã:aer ꝑ humectiuã ⁊ ca/
lefactiuã:⁊ ita deinceps pꝫ ſicut octaua. ℂ Tũc pꝛo ſolõni/
bus rõnũ aduertẽdũ eſt ſuꝑioꝛes ſpheras celeſtes.ſ.ṗm mo/
bile ⁊ quecũqꝫ ſunt ſbtus vſqꝫ ad ſpheram ſolis excluſiue:a
q̄bus ſ̄m aſtronomos res inferioꝛes hñt eſſe ꝑ ſpheras infe/
rioꝛes multiplicare virtutes cõſeruatiuas reꝝ:⁊ ſpãlr elr'oꝝ:
ſic ꝙ foꝛtiſſime virtutũ calefactiuã ſꝫ minoꝛẽ diſtãtiã:⁊ ideo
illa nõ ꝓtendit̄ niſi vſqꝫ in ſpherã aq̃ excluſiue ɔ̃ñter hume
ctatiuã ⁊ illa ꝓtẽdit̄ vſqꝫ ad ſpherã terre excluſiue:demum
infrigidatiuã ⁊ exiccatiuã que ſũt qualitates moꝛtis:iſtas re/
motiꝰ multiplicat.ſ.verſus diametrũ ſphere elemẽtoꝝ:ſꝫ mi
nus foꝛtiter.ꝑꝑ qḋ ignis ⁊ aer nãlr collocant̄ ſuꝑiꝰ:qꝛ ibi foꝛ/
tioꝛes ſunt influẽtie calefactiue.terra aũt ⁊ aqua deoꝛſum:qꝛ
illic influẽtie infrigefactiue hñt v̄tutẽ:nec īpediũtur ab īfluẽ/
tys calefactiuis eo ꝙ ad tantã diſtãtiã multiplicant̄. ℂ Sꝫ
dices tu:quare g̊ ignis in ſphera ſua nõ coꝛrũpit̄ ab influẽtia
humectatiua:que illic foꝛtioꝛ eſt q̃ influẽtia deſiccatiua.
ℂ Jtẽ ꝙ ſignũ hr'et̄ de h̄ ꝙ influẽtie debilioꝛes ad maioꝛẽ di
ſtantiã multiplicarent̄. ℂ Rñdet̄ ad ṗm ꝙ influẽtia deſicca
tiua q̃uis de ſe debilioꝛ ſit in ſphera ignis q̃ humectatiua:tñ
foꝛtificat̄ a foꝛti caloꝛe excedẽte v̄tutẽ humectatiuã ⁊ īpediẽ
te ꝑ modũ ſequele ad foꝛtitudinẽ caloꝛis.caloꝛ.n.foꝛtis ꝑ mo
dũ ſequele deſiccat. ℂ Ad 2m dĩ ꝙ queãdmodũ maioꝛis ꝑ/
manẽtie ſũt humiditas ⁊ ſiccitas q̃ calitas ⁊ friditas:⁊ tñ ſũt
debilioꝛis actiõis:ita nõ eſt icõueniẽs:ꝙ īfluẽtie frigefactiue
⁊ deſiccatiue remotiꝰ mltiplicent̄ q̃uis ſũt debilioꝛes in agẽ
do:⁊ ſic̄ vĩ ex effectu opoꝛtere dici:eo ꝙ nõ vĩ alter modus
quo elr'a frigida ɔſeruant̄ a celo. ℂ Per h̄ ad rõnes. Ad pri/
mã dĩ:ꝙ eſt pꝛo q̄nta ɔ̊ne. Ad 2am dĩ:ꝙ terra eſt ɔtie nãliter
collocata:qꝛ ſic̄ h̄ medietas ɔtie lenificat̄:ita tota terra mor
vel ɔtie iſtã medietatẽ terre diſcoꝑtã aq̄s ſurſum ⁊ aliã deo/
ſum. Ad aliã dĩ:ꝙ hoc eſt inq̃tũ ſuꝑficies aeris eſt in tãta di
ſtãtia a celo ad q̃tã nãlr incidit virtus frigefactiua ⁊ deſicca
tiua:que ſunt ɔſeruatiua terre:tñ ſuꝑius vbi virtꝰ illa eſt foꝛ/
tioꝛ q̃tũ eſt de ſe terra nõ nãlius cõſeruaret̄:eo ꝙ ibi ſũt in/
fluentie calefactiue deſtructiue terre foꝛtioꝛes in agendo q̃
ſunt influẽtie ɔſeruatiue terre:nec influxus cõſeruatiuꝰ ter/
re multiplicatus per ſpherã ignis eſt deſtructiuꝰ ignis:eo ꝙ
ibi eſt influentia calefactiua foꝛtioꝛ in calefaciendo q̃ illa in
infrigidan°. Addi tñ põt ꝙ q̃tũ eſt ex nã ꝓpꝛia elr'oꝝ nãlioꝛ
locus eſt terre ſuꝑficies aque q̃ aeris:qꝛ eſt ei ſimilioꝛ. ℂ 2°
ꝙ ſi aqua vel aer infra terrã deſcẽdit ⁊ ibi collocet̄ eſt h̄ eis
nãle nã cõi:ne ſit vacuũ:ſꝫ nõ q̊ ad nãꝫ ꝓpꝛiã. Hec de 5° du°.
ℂ Ad 6m p̄ncipale dĩ ṗmo.ꝙ celũ.i.ſuṗma ſphera:nõ eſt i lo/

*4° t.c.*

*Inferioꝛa a ſuꝑioꝛibꝰ regunt̄ Op. aſtronomoꝝ.*

*Dubõnis icidẽtalis*

*Solo.*

*Ad argumẽta dubõnum.*

*Ad tertiũ difficultatẽ.*

UVA. BHSC. IyR_143_5

co p̊ mō.ſ.capiēdo locū pro tio corporis ꝯtinētis.pz:qꝛ nllm
corp⁹ cōtinet ipſuz Cor$^{m}$.capiēdo ſic locū celū nō mo$^{r}$ loca/
liter.pz:qꝛ ſic nō bz locū:mō motus localis attēdit̄ pncipal'r
in ordine ad locū.¶ Scda ꝓpō.celuz habet locum:capien/
do locū 2° modo.pz:qꝛ bz aliqđ fixuz in ordine ad qđ vel ei⁹
partes ꝑcipiunt̄ moueri.¶ Cor$^{m}$.capiēdo ſic locū ipm mo$^{r}$
local'r.pz.qꝛ mo$^{r}$ in ordine ad ei⁹ locū 2$^{oo}$ dictū:ꝛ ꝓportiona
4° phy. t.c.46. bil'r intelligēdū eſt:vel ſaltē exponēdū dictū Cōmētatoris:q
dicit.ꝙ celū nō eſt in loco ꝑ ſe:ſed ꝑ accñs.i.eſt in loco 2$^{oo}$ di/
cto:q improprie dr̄ locus:ꝛ ideo rōne eius dr̄ eſſe in loco per
accñs:ſz nō in loco p̊ mō dicto:ꝛ qꝛ talis ſolūmō dr̄ locus:iō
non dr̄ eſſe in loco ꝑ ſe.¶ Sed dices tūc qs eſt locus celi hoc
Dubiō incidentalis. modo.Ad qđ dico ꝙ eſt quoddā fixū.ſ.terra vel lapis:i ordi/
ne ad qđ celū ꝑcipit̄ moueri.¶ Querit̄ rōnabil'r:vtrū celū
eſt in illo loco:ꝛ vr̄ mihi ꝙ ꝓprie nō dz dici in loco:eo ꝙ tale
fixū nō cōtinet celū:pōt dici tñ improprie in loco:qꝛ eſt in cer/
ta habitudine reſpectu talis fixi:ꝛ ad talē ſenſuz pōt dici eſſe
in eo:ſeu ēt improprie dr̄ eē i loco:qꝛ bz locū:lz vl' ꝯtineat ce/
lū.¶ Tertia ꝓpō.ꝙ celū mouet̄ ſm ſitū.vt dicit Auicē.pz:
qꝛ nō bz locū ꝓprie dictū:ꝛ ideo non ꝓpriſſime dr̄ moueri
local'r:ſed mutat ſitū ad ſpherā q̄eſcēdo:ꝛ ideo pōt dici pro/
prie moueri ſz ſitū.¶ Sed ꝯ dices:qꝛ Cōmētator dicit hāc
ꝯnē Auicēne eē falſaz:eo ꝙ Phs 8° hui⁹:p̄$^{m}$ motū q eſt celi:
nō dicit eē ſm ſitū:ſz motū localē ſiue de pñto vbi.¶ Item
dicit 5° hui⁹.ꝙ nō eſt motus niſi ſm quātitatē:qualitatem:ꝛ
vbi:nō ergo eſt ſm ſituz.¶ Tertio qꝛ vt dicit beatus Tho/
mas:ſitus eſt ad aliqđ:qꝛ pōne ſūt ad aliqđ.vt dicit Phs in
pñtis:mō ſm ad aliqđ nō eſt ꝑ ſe motus.5° hui⁹.4° qꝛ ſitus
cōſiſtit in indiuiſibili:modo in indiuiſibili nullus cōſiſtit mo
tus.¶ Ad hoc facil'r dr̄.ꝙ Phs motū quo celū mutat ſituz
ad res q̄eſcētes vocauit localē in ordine ad locū 2° mō dictū.
¶ Ad 2$^{m}$ dr̄:ꝙ ꝑ ſe mot⁹ nō eſt ſm ſitū:ad illū intell'm:qđ
nō eſt de rōne alicui⁹ motus ꝙ ꝑꝑ ipſuz factū de re que mo$^{r}$
varient̄ termini de pñto ſitus.n$^{m}$ o⁹ bñ eſt motus ſm ſitum
improprie:ſic ꝙ variant̄ termini de pñto ſitus ꝺ noīe rei que
mo$^{r}$ ꝑ accñs:de quo magis videbit̄ in 5° hui⁹:ꝛ ideo vult Aui
cē.ꝙ celū mo$^{r}$ ſm ſitū:qꝛ mutat ſitū ad res q̄eſcētes:lz hoc
fit de per accñs.¶ Ad 3$^{m}$ eodē mō pōt dici:nihilominus ſ$^{m}$
eſt.ꝙ pōnes ſiue ſitus ſint ꝑ ſe ad aliqđ:nō eni plus eſt ſitus
de p̄dicamēto ad aliqđ q̃ vbi.¶ Ad 4$^{m}$ negat̄ ꝙ ſitus cō/
ſiſtit in indiuiſibili:ſitus eni rei eſt ita lōgus/latus:ꝛ profun/
Dubiō. dus ſicut res.¶ Adhuc queri pōt vtrū ſi partes eſſentiales
vini exñtis in dolio mouerent̄ nō motis extremitatibus nec
Solō etiā dolio:vtrū mouerētur local'r.¶ Ad ꝙ rñdet̄.ꝙ moue/
rētur local'r in ordine ad locū 2$^{oo}$ dictū.ſ.qꝛ mutāt ſitū in or/
dine ad aliqđ fixū:etiā mouerētur local'r:qꝛ in loco mutāt ſi/
tum:ſed nō mouerētur local'r in ordine ad locū ꝓprie dictū
eis ꝓpriū qꝛ talē nō habēt.¶ Scđo vtruz ſupꝑficies cōuexa
aeris vel alicuius talis rei poſſit dici locus ignis vel alicuius
alterius:cuius ſupꝑficies cōcaua eſſet ei imediata.Ad qđ rñr
ꝓbabil'r.ꝙ ſi illa ſupꝑficies cōnexa nunq̃ cōiungat̄ ſupꝑficiei
ꝯtinēti:nullo mō eſt locus p̊ mō dictus:qa nō cōtinet:ſz ſi ali
cubi ꝯiungat̄ ſuperficies ꝯtinētis vt ſi ad imaginationē ſphe
ra ignis eſſet ꝑforata:ꝛ iūgeret̄ ſupꝑficiei ꝯtinēti ꝯcaue celi ſu
perficies ꝯnexa aeris:tūc fieret locus vel ꝑs loci ignis p̊ mō
accepti:qꝛ ſic ꝯtinet̄.Hec de tota mā loci ſint breuiter dicta.

¶ Tractatus ſecūdus in quo perſcrutatur de vacuo.

T.c.50. SEcundo notandū eſt ꝙ Phs in 2° tract.
4$^{i}$ ꝓbat.ꝙ ad nālē phz ſpectat
ꝯſiderare de vacuo,ꝛ ꝓbat ſic.ꝙ ad illū ad quē
ſpectat cōſiderare de loco ſpectat ꝯſiderare de
vacuo:ſz ad nālē phm ſpectat ꝯſiderare de loco:
g̊ ꝛc̄.maior pz.qa multi antiquoꝝ idē crediderūt vacuū eſſe
T.c.53. ꝛ locū.¶ Scđo incidētal'r ꝓbat ꝙ penetratio dimēſionum
nō eſt poſſibilis.ꝓbat̄:qꝛ qua rōne duo corpora parua poſ/
ſent ſe penetrare:eadē rōne 3$^{a}$ quatuor mille:ꝛ ſic totus mū/
dus poſſet eē i q̃titate grani milij:qđ vr̄ incōueniēs.¶ Ter T.c.60.
tio deſcribit̄ vacuū diffinitione qđ noīs.ꝙ eſt locus non re/
pletus corꝑe.vñ ſi vacuū eſſet:ipſuz eſſet natū ſuſcipe corp⁹:
ideo dr̄ locus:ꝛ qa nō eſſet plenū:eo ꝙ implicat idē eē plenū ꝛ
vacuū:ideo dr̄ nō plenū corꝑe.¶ Quarto ꝓbat ꝙ vacuum
nō eſt:ꝛ eſt ꝯ p̄n$^{lis}$ tractat⁹ 2$^{i}$.quā ꝓbat diuerſis modis.p̊ ex T.c.65.
ꝑte mot⁹ arguit ſic.ſi vacuū nō ē loc⁹:tūc vacuū nō eſt:ſz va/
cuū nō ē loc⁹.g̊ vacuū nō ē.maior pz:qꝛ antiq dicebāt vacuū
eē locū ēt ꝑ diffōnē vacui.minor pz:qꝛ oīs locus bz v̄tutē cō
ſeruatiuā locati:ꝛ aliā bz ſurſuz locus.aliā ꝺo deorſuz.modo
vacuū nullā bz virtutē:nec ēt bz alias virtutes pro diuerſis
differētijs locoꝝ.ſ.ſurſuz ꝛ deorſum.Scđo ex ꝑte velocita/
tis motus:qa ſi vacuū eſſet in eo nō moueret̄ graue ſimplex
aut leue ſimplex.g̊ nō eſt ponendū.ꝯñtia tz:qꝛ nō ponit̄ niſi
ꝓpter motū.añs ꝓbat̄:qꝛ qualis eſt ꝓportio medioꝝ in reſi
ſtēdo:talis eſt ꝓportio motuū i velocitate:ſed nulla eſt pro/
portio reſiſtētie medij vacui ad mediū plenū.ergo nulla eſt
proportio motus facti in vacuo:ad motū factuz in pleno:ꝙ
nō poſſet eſſe:ſi in vacuo fieret motus grauis ſimplicis.g̊ in
eo nō moueret̄ graue ſimplex.maior pz:qꝛ ſucceſſio non fit
niſi cū reſiſtētia.g̊ cum in graui ſimplici nō eſt reſiſtētia in/
trinſeca:opz ꝙ in motu eius ſolū ſit reſiſtētia extrinſeca:ꝛ ꝑ
ꝯñs pro tāto motor velocius mouebit:q̃to reſiſtentia fuerit
minor.ergo qualis eſt ꝓportio mediorū reſiſtētiuz.talis erit
velocitas in motibus nālibus grauiū ꝛ ſimplicium:quā fuit
maior.ꝛ minor eſt de ſe manifeſta:qꝛ vacuū nullā reſiſtētiaz
bz.Tertia pars pz:qꝛ oīs motus finitus rectus:ad aliū finitū
eſt ꝓportionalis.g̊ ſi in vacuo fieret motus:ipſe hrēt deter/
minatā ꝓportionē ad motū factum in pleno:ꝛ interponit ꝙ
omne excedēs eſt diuiſibile in partē excedentē ꝛ partem ex/
ceſſam.ꝙ intelligi dz de excedēte aliud ꝑ cōparationē ꝓꝑe
dictā.ſ.que eſt ſm rē eiuſdē ſpeciei in vtroqz cōperatorum.
¶ Tertio ſic.ſi in vacuo fieret motus:ſequeret̄ ꝙ motus in
pleno ꝛ in vacuo fieret eque velociter.ꝯñs eſt incōueniēs:eo
ꝙ motus ſeqt̄ ꝓportionē.ꝓbat̄ ꝯñtia:qꝛ ita ſit:ꝙ aliqđ mo
bile moueat̄ per mediū vacuū in certo tp̄e:ꝛ idē vel equale
mobile moueat̄ ꝑ mediū plenū:tūc ex quo mediuz plenum
plus reſiſtit:ſit ita ꝙ ſit tardior in centuplo:ita ꝙ tēpus ple/
ni ſit in cētuplo lōgius:q̃ tēpus equalis vacui:tūc ſubtilie/
tur mediū plenū in cētuplo:ꝛ erit motus in cētuplo velocior
q̃ erat ante:eo ꝙ motus ſequit̄ ꝓportionē:ꝛ tātus erat in va
cuo.g̊ in medio pleno ꝛ in vacuo idē mobile eque velociter
moueret̄.Et ſi dicat̄ ꝙ mediū plenū nō pōt in infinitū ſub/
tiliari.Reſpōdet̄ ꝙ imo:ꝑ potētiā diuinā:vel dicat̄ ꝙ Ari.
ſupponit vnū imaginabile:vtrū ſit poſ'c vl' nō:nō eſt vis:ꝛ de/
ducit ad vnū imaginabile:imaginabile.n.ꝙ idē motor finitis
moueat eq̄ velociter cū reſiſtentia ꝛ ſine reſiſtentia.¶ Et q̄r T.c.75.
to arguit ꝙ ſi vacuū eſſet:ipſum nō poſſet recipe corp⁹.ergo
nō eſt.pz añs:qa ipſuz hrēt dimēſionē ſicut plenū:mō talib⁹
repugnat penetrari a dimēſione alterius corꝑis.¶ Quinto
ꝓbat ꝙ medie partes corꝑis rari:non ſunt paruo vacuo in/
tercepte:mediātib⁹ qb⁹ eſt rarū:qa ꝓbatuz eſt prius.ꝙ non
eſt magnū vacuū.g̊ nec paruū.ꝯña tz.ꝛ añs eſt prius ꝓbatū.
2° Cōmētator ꝓbat idē.ꝙ tale vacuū eſſet accñs ꝛ ſic pone
re ipſuz eſſet ponere accñs ſine ſubto.¶ Sexto ꝓbat ꝙ nō T.c.79.
eſt toti corpori raro cōmixtū vacuū.ꝙ eſt cā raritatis/leuita
tis/ꝛ motus ſurſum.pz p̊:qꝛ tūc nō oīs motus localis:eēt cā:
cuius ꝯriū dixerūt antiq:nō.n.eſſet cauſa motus deorſum.2°
qꝛ moueret̄ vacuū local'r:ꝛ ſic illi⁹ eēt locus:ꝛ cū ipſummet
ſit locus:loci eſſet locus ꝛ ſic ꝓcederet̄ in infinitū.Itē vacuū
exñs ſine ſubto deberet velociſſime fieri ſurſum:ex quo eſt
cū alijs mouēdi ſurſum.¶ Septimo infert ꝙ rarefactio nō T.c.82.
fit ingrediente vacuo:nec etiaz condēſatio egrediēte vacuo:
qꝛ vacuum non eſt ſic miſtum corporibus:vt dictum eſt.

Difficultates pͣ. ¶ Hic queriť p̊ vtrū vacuū pōt eſſe. 2° vtrū in motu grauiū
⁊ leuiū tota ſucceſſio ꝓueniat a reſiſtētia medij. 3° vtrum ſi
2ª vacuū eſſet graue ſimplex moueret in eo. 4° vtrum in va-
3ª cuo aliquid poſſet moueri ſucceſſiue. 5° vtrum rarefactio ⁊
4ª condenſatio ſint poſſibiles.
5ª
Utrum vacuū poteſt eſſe. ¶ Primo eſt notandū ꝙ vacuum poteſt imaginari duplex.
Uno modo ꝙ ſit ſpatiū ſeparatū a ſuba: potēs recipere cor-
Uacuū duplex. pora ſine ſui ſpiſſitudine: queadmodum ſi inter latera pinte
imaginareť ſpatiū receptū vini ita longum ⁊ ꝓfunduʒ ſicut
vinū: queadmodum ſuperius dicebať: tale poneret vacuuʒ:
cum eſſet nō plenū: qꝛ eſſet locus nō plenus. Scōo mō: ſi deꝰ
annihilaret oīa cōtenta infra cōcauum orbis lune ipſo cōca-
uo remanēte in ſi̾li cōcauitate figura ⁊ diſpōne: tūc illud con
cauum vocareť vacuū: qꝛ eſſet locus nō repletus: nō eniʒ eēt
pͣ ꝓpō. repletus cū nihil eſſet in eo. ¶ Tūc eſt prima ꝓpō. vacuuʒ
primo mō negť eſſe ꝑ potētiā nālē: ideſt ſine miraculo. pʒ ex
2ª ꝓpō. rōnibus ꝓbantibꝰ locū nō eſſe ſpatiū ſeparatū. Scōa ꝓpō.
ꝙ vacuū ſcōo mō: etiā negť eſſe nāliter. ꝓbať: qꝛ in naturali
phīa illud ꝯcedi dʒ tanꝗ̄ p̄ncipiū. ꝙ ꝓbari pōt ꝑ inductionē
expimētalē: ſʒ vacuū hoc modo nō poſſe eē ꝓbať per expe-
rimētalē inductionē. ergo ⁊c. maior nota eſt: qa phīa nālis fun
datur ſup experiētiā. ⁊ minor pʒ: qa docet experiētia: ꝙ nul-
lus poſſet vnū corporeū elōgare ab alio: niſi aliquo ingrediē
te: foraminibus enim folli bñ obturſis: ſic ꝙ nihil ad intra poſ
ſit igredi corpꝰ: docet expientia nͫ: imo nec cētū equos poſſe
latera illa elōgare ab inuicē: niſi vnū eoꝝ rūpať aut aliunde
Obō pͣ fiat apertura ꝑ quā pōt ingredi corpꝰ. ¶ Sed ꝯ dices tu: qꝛ
motus localis tactus eſt. g̊ vacuū eſt. tʒ ꝯn̄a: qꝛ ꝙ moueť lo-
caliter: vel recipiť in vacuo: ⁊ hēbitur ꝓpoſitū: vel in pleno:
⁊ ſi ſic: vel illud plenū nō cedit: ⁊ tūc fieret penetratio corpo-
rum: vel cedit: ⁊ ſi ſic: vno moto oīa moueńť. pʒ ꝯn̄tia: qꝛ pe-
dali moto: pedale aeris cederet: ⁊ illi alterū pedale: ⁊ ſic ter-
tiū: ⁊ ſic vſqʒ ad celum: quare vno moto celū trāſmutaretur.
2ª ¶ Scōo qa augmētatio eſt poſſibilis: ergo ⁊c. ꝓbať ꝯn̄tia:
qꝛ cibus nō recipiť in pleno: eo ꝙ eſſet penetratio corporuʒ.
3ª ergo in vacuo. ¶ Tertio qꝛ cōdenſatio eſt poſſi̾s. igitur ⁊c. tʒ
ꝯn̄tia: qꝛ nō vꝛ vbi corpus qꝺ cōdēſať recipiať: niſi in vacui-
4ª tatibus. ¶ Quarto qa cineribus repleta ſcutella tm̄ cōtinet
de aqua ſicut ſi nō eſſent in ea cineres: igiť ⁊c. tʒ ꝯn̄a: qꝛ nō vi
5ª deť vbi illa aqua recipereť niſi in vacuitatibus. ¶ Quinto
aliqꝺ eſt vacuū vino. g̊ ⁊c. tʒ ꝯn̄a. a parte in mō ad ſuū totuʒ
6ª ſine additione diminuēte. ¶ Sexto qa corpora tangētia ſe
diſcōtinuata poſſunt elōgari ab īuicē diſcōtinuata: ſm̄ totas
ſupficies tāgentes ſe ſimul. g̊ eſt vacuū in parte cētrali eorū
cū elongańť ⁊c. ꝯn̄tia tʒ: qꝛ cū elongańť eque cito in ambabꝰ
extremitatibus ⁊ in cētro vel eque cito eſt aer in cētro ſicut
in extremitatibꝰ: ⁊ ſi ſic: ſeqťr ꝙ ille aer moueť ſubito: quia
eque cito venit ad diſtans ſicut ad ꝓpinquum: vel prius ve-
nit ad extremitates: ⁊ ſi ſic: in aliquo tēpore inter partes cen-
trales elongatas abinuicem nullus aer eſt replens. ergo ſup-
7ª ficies ille ſunt vacuū 2° mō dictū. ¶ Septimo: vitro vndiqʒ
vniformiter pleno: aqua cōgelata occupat minorē locū. que-
ritur vtrū vitrū ad partē quā occupabat aqua. ſ. ante cōgela
tionē eſt vacuū: ⁊ ſi ſic: habeť ꝓpoſitū: vel eſt plenū: ⁊ hoc nō
pōt dici: qꝛ vndiqʒ clauſo vitro aer nunꝗ̄ poſſet ingredi. Si
dicať ꝙ frangať: nō pōt dici: cū enim ſit vniforme per totuʒ:
vt ſupponiť: nō vꝛ quare potius frāgereť in vna parte ꝗ̄ in
alia: ergo vel frāgereť vbiqʒ: ꝙ nō eſt poſſibile: vel nuſꝗ̄: ⁊
8ª habeť ꝓpoſitū. ¶ Octauo: plenū eſt: ergo vacuū eſt: vel po-
teſt eſſe. ꝯn̄tia tʒ: qꝛ plenū ⁊ vacuuʒ ſunt priuatiue oppoſita:
modo ſi vnū priuatiue oppoſitoꝝ eſt in nā: ⁊ reliquū poterit
9ª eſſe. ¶ Itē nono: que eſſet rō quare ſicut ꝯtingit locū alieno
corpore repleri. ꝙ nō eque bene ꝯtingit ipſum omni corpo-
Ad p̊mā obōnes. re alio denudari eo manēte in ſi̾li ſitu ⁊ diſpōne in ſuis par-
tibus. ¶ Ad iſtas obōnes rn̄deť per ordinē. Ad p̊mā. ꝙ oīs

motus localis rectus fit in pleno qꝺ cedit corpori moto: ſed
nō opʒ ꝙ vno moto oīa moueantur: qꝛ corpus cedēs ad ali-
quā diſtantiā vel terminū ante cōdenſať: intātū ꝗ̄tuʒ eſt ma
gnitudo corporis recepti in ipſo. ¶ Ad 2ᵃᵐ ꝙ augmētatio fit
per hoc: ꝙ nutrimentū recipiť in poris plenis partibꝰ ſubti- Ad 2ᵃᵐ
libus reſolutis a corpore que cedunt nutrimento venienti.
¶ Ad 3ᵃᵐ. cōdenſatio nō fit per hoc: ꝙ partes recipiantur in
vacuitatibus: ſed per hoc ꝙ quantitas maior corrūpiť. ⁊ mi- Ad 3ᵃᵐ
nor gn̄atur: ſeu per hoc ꝙ ꝑtes eiuſdē corpis totiꝰ ſint ſibi īui
cem ꝓpinquiores. ¶ Ad 4ᵃᵐ: ꝙ ſi ſcutella tm̄ recipiat aque Ad 4ᵃᵐ
cū cineribus ſicut ſine cineribus: hoc eſt ꝓpter tria. p̊ᵐ eſt ꝙ
multe partes aeris intercepte inter cineres cedūt aque veniē
ti. 2ᵐ qꝛ partes ignee cineris: multas partes aque reſoluunt
inſenſibi̾r: qꝛ ſunt illis virtua̾r ꝯ̄rie. 3ᵐ qꝛ partes ſubtiles ⁊
leues cinerū ab aqua expelluńť: fugientes a frigido ꝯ̄rio: rō-
ne quoꝝ triū aggregatū ex aqua remanēte ⁊ cineribus p̄ciſe
tm̄ eſt ſicut ante erat aqua. ¶ Ad 5ᵃᵐ dꝛ ꝙ vacuū īcludit ne- Ad 5ᵃᵐ
gationē: ideo ꝯn̄a nō valet: qꝛ eſt a parte in mō ad totū cum
negatione implicita: vacuum enim idem eſt ꝙ nō plenum.
¶ Ad 6ᵃᵐ. dupl̾r dꝛ: vno mō: ꝙ corpora dura diſcōtinua nō Ad 6ᵃᵐ
poſſunt ſe tangere ꝑ naturā ſm̄ Phm̄ 2° de aīa: ⁊ tūc rō nō
ꝓcedit qa ipſa oppoſitū ſupponit: vel ſi vellemus dicere ꝙ
poſſunt ſe tangere: dicemus ꝙ aer circūſtans ſubito ſe ponit
in mediū. ſ. qa nāliter inclinať ne ſit vacuū ⁊ nullā inuenit in-
tra corpora reſiſtētiā: ſicut ſi non eſſet mediū reſiſtēs graue
ſimplex ſubito p̄ſens eſſet loco nāli: ⁊ ſic nō ſequiť motū fie-
ri in inſtāti. ¶ Ad 7ᵃᵐ ꝙ nō eſt poſſibile ſic eē vitrū vt for- Ad 7ᵃᵐ
me. 2° qa ſi eſſet, nullo tēpore maneret: eo ꝙ influētie celi for
tius alterāt ipſum in vna parte ꝗ̄ in alia: ⁊ ideo ibi citius frā-
gereť: vbi fortius eēt diſpoſitū ad corruptionē. ¶ Tertio qꝛ
ſi ad imaginationem moueret vniformiter ſupius prius cor
rumpereť verſus celū: qa influxus prohibēs vacuū eſt iflu-
xus nāe cōis deriuatus a celo: ⁊ talis eſt fortior ſupius ꝗ̄ in-
ferius. ¶ Ad 8ᵃᵐ negādo ꝯn̄tiam. negať etiā ꝙ plenuʒ ⁊ va- Ad 8ᵃᵐ
cuum ſunt priuatiue oppoſita: ſʒ habēt ſe ſicut riſibile ⁊ non
riſibile: que nō ſunt oppoſita priuatiue: ſic vacuum eſt locus
nō plenꝰ: quare plenū ⁊ nō plenū ſunt ꝯ̄dictorie oppoſita: ⁊
nō opʒ ꝙ ſi alterū taliū ſit in nā ꝙ etiam alterū ſit. Exiſtens
enim ⁊ nō exiſtēs: nō eſt cōplexū: ſic etiā locus nō plenus nō
opponiť huic termino plenus. ¶ Ad 9ᵃᵐ dꝛ: ꝙ cauſa prohi- Ad 9ᵃᵐ
bens vacuum eſſe: eſt influxus nāe cōis que ꝓhibet vacuuʒ Cā prohibēs vacuū eſſe.
in inferioribus faciēdo ſupiora deſcēdere: qꝛ inclinat omnia
gn̄abilia que poſſunt gn̄are ad gn̄are ſibi ſi̾le. nō poſſunt au
teʒ gn̄are niſi per ꝯtactū ⁊ in ſupioribus faciēdo inferiora vt
per tactū a celo recipiant influētiam eoꝝ cōſeruatiuā: quaʒ
celum ad ea multiplicat per cōtactū corpoꝝ: de qua influen
tia fuit ſuperius dictū inde loco. Et hec eſt cauſa quare rece-
ptiuum corporis nō poteſt ab omni corpore denudari: qa ſi
ſit ſubtus: igreditur ſupius vt agat gn̄ando ſibi ſimile: ⁊ ſi ſit
ſupra: eleuatur aqua vel aliud graue vt cōſeruet contactum:
mediāte quo influentiā celi: ſiue virtutē ꝯſeruatiuā recipiat.
¶ Tertia ꝯ̊. ſi a polo artico annihilarētur oīa verſus celum
ſucceſſiue vſqʒ ad terrā ⁊ cōtinue vltra vſqʒ ad polū antar-
ticū. terra cōſeruata ita ꝓportionabi̾r aſcēderet nāliter: ſi-
cut alia ſupra eā annihilareť verſus celū: ſic ꝙ ſemꝑ conſer-
uaret cōtactū cū celo mediate vel imediate. pʒ: qꝛ ſic nā̾r ſe
moueret: ſicut melius poſſet ꝯſeruari: ſʒ ſic melius poſſet cō
ſeruari. g̊ ⁊c. maior nota eſt. ⁊ minor pʒ: qꝛ nā̾r nō cōſeruať
niſi per influxū celi: quē ſine cōtactu non poſſet recipere: ve-
rum eſt ꝙ motus ille ſolū eſſet nālis terre nā cōmuni: qꝛ eq- Uacuū eē ꝑ dīnā potētiā nō eſt icōueniēs.
liter conuenit: cuiuis alteri corpori ſicut terre. ¶ Quarta ꝯ̊.
poſſibile eſt vacuū eſſe vtroqʒ modo capiēdo vacuū per po
tentiā ſupnālē. pʒ: quo ad primū modum: qꝛ poſſibile eſt ꝙ
deꝰ ꝯſeruet dimēſionē ſeparatā ſine corpore: ⁊ eā ſine ceſſio-
ne faciat recipere corpora: ⁊ hoc tūc eſſet vacuū prio modo.

UVA. BHSC. IyR_143_5

Silr̄ poſſibile eſſet ꝙ deꝰ annihilet oīa cōtēta infra ſupficiē cócauā aeris: ſupficie ꝯcaua remanēte in ſil'i ſitu ⁊ diſpōne ſicut eſt nūc: ⁊ tūc illa eſſet vacuū ſcḋo mō dictū: eſſet eni lo/cus nō repletus corpe. pꝫ: q2 neutrū iſtoꝝ iplicat ꝯdictionez.

Obo

¶ Sed ꝯ dices. q2 ad vacuū eē: ſequūtur ꝯdictoria. g̊ ⁊c̄. ꝯña tꝫ. pbat̄ aūs: q2 ſequit̄ vacuū eſt. g̊ locus eſt ꝑ diffōnē: ⁊ ſeq/tur ꝙ nō eſt locus: q2 nō eſt terminus corpis cōtinētis: q2 va/cuum cū eſt nihil cōtinet. ¶ Scḋo pbat̄ idē: q2 ſeqtur ꝙ in/fra ſupficiē cōcauā tūc eſſet vacuū: q2 infra nō ponit̄ eſſe ali/qḋ corpus: ⁊ ſeqtur ꝙ infra non eſſet vacuū: q2 infra eā nihil eſſet. ¶ Tertio idē pbat̄: q2 ſeqtur ꝙ latera ſupficiei ꝯcaue aeris ſe tāgerēt: ⁊ ꝙ nō tāgerēt ſe. pbat̄ pmū: q2 eſſet imedia/ta: eo ꝙ iter ea nihil eſſet mediū. pbat̄ ſcḋꝫ: q2 ſupficies cōca/ua nō patit̄ ꝯtactū lateꝝ. ¶ R̄ndet̄ ad iſta negādo aūs aſſū/ptū ⁊ ad pbōnē pmā poteſt dici vno modo: ꝙ iſta diffinitio loci nō eſt bona: ſi dicat̄ de loco pleno ⁊ erat bona ſm̄ exiſti/mationē Ariſtotelis qua credidit nō poſſe eē vacuū. ¶ Alr̄ reſpōderē ego: tenēdo ꝙ locus dr̄ relatiue ad locatum: ꝙ nō ſeqtur vacuū eē locū: nō eni valet ꝯña: eſt locus nō repletus. ergo eſt locus: q2 nō plenū denotat oppoſitū eius ꝙ eſt eē lo/cū: eo ꝙ de rōne loci eſt eſſe plenū locato: cuius oppoſitū cō/notat nō plenū: ſicut nō ſequit̄ eſt hō pictus. g̊ eſt hō: ſeu hō mortuus. g̊ hō: nec eſt locus a parte in mō tali argumēto: eo ꝙ arguit̄ cū additione diſtrahēte. ¶ Ad 2m. ꝙ nō ſequit̄ ſub cōcaua ſupficie aeris tūc eſſe vacuū: ſꝫ ipſa eſt met vacuū: q2 locus nō plenus. Ex quo correlarie ꝯcedi dꝫ: ꝙ hō poſſet ire audire ſeu bibere ꝑ vacuū: eo ꝙ pōt ire ꝑ illā ſupficiē aeris que eſt vacuū: ſeqtur ꝙ motus ſimul eē ꝑ vacuꝫ: q2 pōt ire per iſtā ſupficiē aeris. ¶ Ad 3m ꝙ nō ſeqtur latera oppoſi/ta ſe tāgere ſm̄ lineā rectā: q̄uis eni ſunt imediata: tn̄ nō ſūt ſimul: eo ꝙ diſtātia recta nullū hꝫ determinatū ſitū ad inui/cē: ſicut pꝫ ex ſupra determinatis in 3° libro.

¶ Pro ſcḋo pncipali queſito nota p̊: ꝙ ſucceſſio nō eſt aliud q̄ motus. Omni eni alio a motu excluſo adhuc maneret ſuc/ceſſio: q̄diu maneret motus. ¶ Itez ſi motus ſucceſſiue fie/ret ꝑ ſucceſſionē ſupadditā eadem rōne iſta ſucceſſio fieret ſucceſſione ꝑ ſuū ſupadditū: ⁊ eſſet ꝓceſſus in infinitū. Scḋo nota ꝙ reſiſtētia eſt iclinatio mobilis in ꝯtriū illius diſpōnis quā intendit motor. ¶ Tertio nota ꝙ graue ſimplex vocat̄ in ꝓpoſito graue cui nihil leuitatis eſt admiſtū. ¶ Tunc eſt prima ꝓpoſitio. ꝙ ꝓprie loquēdo ſucceſſio in motu grauis ſilr̄ nō fit a reſiſtētia. pꝫ: q2 motus nō fit a reſiſtētia: imo reſi/ſtētia impedit motū: ſed morꝰ fit a motore. ¶ Scḋa ad hoc ꝙ motus nālis grauis fiat ſucceſſiue reqrit̄ reſiſtētia. pꝫ: q2 ſi nō eſſet reſiſtētia: motū ſubito poneret ſe in termino ad quē: nō eni poteſt in actione tali reddi rō ſucceſſionis inquantuꝫ eſt ſucceſſio: niſi reſiſtētia. ¶ Cōfirmat̄ hoc. q2 quāto minui/tur reſiſtētia: tāto velocius motor moueret: vt experiētia do/cet. g̊ ſi tota reſiſtētia auferetur: nulla ſucceſſio remaneret.

Succeſſio in motu grauis nō fit a reſiſtentia.

Obo Auē/pace.

¶ Sed ꝯ dicit Auēpace: ꝙ ex limitatiōe potētie fit ſucceſſio: etiā ſi nulla eſſet reſiſtētia. Et pſuadet̄ primo: qa alias q̄tūli/bet paruū graue poſſet in infinitū effectū facere: q2 ſubito ſe ponere ad locū deorſuꝫ. Itē alias magis graue non velocius attingeret finē eius nālē q̄ minus graue: q2 qḃlꝫ ſubito: pro/pter hoc dicit Auēpace: ꝙ potētia eſt limitata: ⁊ ideo ſucceſſi/ue ageret q̄uis nihil reſiſteret tertia: q2 alias graue poſſet ſe mouere velocius q̄ celum. ¶ Quarto latitudo velocitatis nō eſſet terminata: q2 q̄talibet data: q̄tūlibet maior eſſe poſ/ſet. ¶ Quinto qa Phs reputat ꝙ celū nō pōt moueri velo/cius: q̄uis motor eius ſit infinitus. g̊ minus graue pōt moue/re velocius motu celi. ¶ Tūc ponat̄ pp hec motiua tertia ꝯclō. ſ. ꝙ limitatio potētie nō eſt cā ſucceſſionis motus gra/uis ſimplr̄. pbat̄ p̊ aucte Phi p̊ politice: ⁊ 3° meta. dicentis. ꝙ appetitus finis in infinitū eſt. g̊ inclinatio ad locū nālez ad bonū intellꝫ: nō eſt limitata. ¶ Scḋo rōne: q2 vel in maiore

Nōndū Potentie limitatio non eſt cā ſucceſſiōis morꝰ ḡuis ſimplicis.

corpe eſt maior limitaº. ⁊ ſi ſic: ḡue maiꝰ nō velociꝰ deſcēdet q̄ minus. pꝫ ꝯña: q2 q̄tū adderet̄ de ḡuitate poᶜtantū adde/ret̄ de limitatiōe potētie: ⁊ ſic ſꝑ maneret ꝓporº eadē vel nō ⁊ h̄ eſt ipoſſ̄e: q2 ſiue quātitas ſiue forma fuerit iſta limitatio: quāto corpus eſt maius tāto maior erit limitatio: q2 tn̄ ma/iorat̄ illa qualitas ſiue forma cū ſit extēſa extēſione ſubiecti. ¶ Tertio q2 vel illa limitatio ſolū reſiſteret: cū corpus eſſet in vacuo ⁊ hoc nō: q2 tūc eſſet fruſtra: eo ꝙ nunq̄ corpus po/neret̄ in vacuo: vel ſemꝑ reſiſteret: ⁊ tūc ſeqtur: ꝙ nō ſemꝑ magis graue in equelibra traheret minus graue ſurſuꝫ dedu/cta reſiſtētia medij. pbat̄ ꝯñtia: q2 ponat̄ ꝙ in vno brachio ponat̄ graue vt tria: ⁊ in alio graue vt vnū: tūc ꝯſtat ꝙ graue vt tria hꝫ tres gradus limitationis huius: ⁊ graue vt vnuꝫ ſo/lū vnū. pꝫ: q2 ſi diuideret̄ in tres tertias: quelꝫ tertia tn̄ pon/deraret ſicut graue vt vnū: ⁊ eſſet ei adequatū. g̊ quelꝫ caruꝫ hꝫ etiā equalē limitationē. ergo tota limitatio erit tripla ad li/mitationē grauis vt vnū: ⁊ tūc conſtat ꝙ motui deorſuꝫ ḡuis vt tria reſiſtēt q̄tuor. ſ. tres gradus limitatōis: ⁊ vnus gradus grauis alteriꝰ brachij: ⁊ ſolū mouet vt quatuor. ſ. ꝑ tres ſuos gradus grauitatis: ⁊ ꝑ vnū gradū limitationis grauis oppo/ſiti: quare virtus motiua erit equalis virtuti reſiſtitiue: nō er/go erit motus. ¶ Quarto q2 vel hec limitatio grauis eēt ma/teria: ⁊ hoc nō: q2 nō limitat: eo ꝙ nō agit: vl' forma: ⁊ hoc nō: q2 nihil limitat ſeipſuꝫ: vl' aliqua qualitas: ⁊ hoc nō pōt dici: que eſſet illa in graui ſimplici: nō eni grauitas eo ꝙ illa toto conatu mouet deorſuꝫ: nec eſt aliqua qualitas alia. ¶ Quin/to qcquid eſſet illa limitatio: ipſa impediret graue ne attinge/ret ſuū locū nālē: ⁊ ꝑ ꝯñs eſſet ei violēta. ergo talis limitatio non eſſet a nā. ¶ Ad rōnes Auēpace dr̄. ꝙ lꝫ graue poneret ſe ſubito in locū nālē: nō ex hoc infinitū effectū faceret: eo q2 ille effectus nō eſt niſi quoddā finitū: vt lꝫ pmiſſe note ſil' ſu/bito generent notitiā de ꝯclone: nō ex hoc infinite ſunt potē/tie. ¶ A ſcḋaꝫ ꝙ ſeducta reſiſtētia: magis graue nō citius at/tingeret: q̄ minus graue ſuū locū nālē: nō tn̄ ſeqtur ꝙ nō eſ/ſet maioris virtutis: q2 poſita quacūqꝫ reſiſtētia maiorē effe/ctū faceret. ¶ Ad tertiā ꝯcedit̄ ꝙ graue poſſet ſe mouere ve/locius celo ex infinita ſubtiliatione medij: nunq̄ tn̄ faceret ꝑ nām: q2 nunq̄ talis ſubtiliatio ꝑ naturā fiet. ¶ Ad quartū ꝑ idē: ꝙ q̄tū ad potētiā ſupnālē potērē facere talē ſubtiliatio/nē medij latitudo velocitatis nō eſt terminata: q2 qualꝫ da/ta maior eſſet dabilis: ſꝫ ſecus eſt q̄tū ad curſuꝫ cōem nāe ⁊ ſine miraculo. ¶ Ad qntā dr̄: ꝙ celū quātūlibet velocius po/teſt moueri ꝑ potētiaꝫ ſupnālē agērē: ſed Phs loqtur nālr̄: ⁊ diceret ꝙ ſecus eſt ꝺ celo q̄ de graui vel leui: q2 celū nō mo/uetur pp qetē ⁊ nō cōuenietiſſimo motu ſemꝑ mouet̄: ſecus eſt de alijs que mouent̄ ꝓpter qetē: q2 illa quāto reſiſtentia fit minor tanto velocius attingūt ſuū finē. ¶ Quarta ꝯ. gra/ui ſimplici deſcēdēti nihil intrinſecū reſiſtit. pꝫ: q2 nō leuitas cū nō ſit in eo: nec videt̄ qḋ aliud. ¶ Sed ꝯ dices: q2 in mo/tu bipedali deorſum. partes ſibi inuicē reſiſtūt. g̊ ⁊c̄. ꝯña no/ta. aūs pbat̄: q2 tā pedale. a. q̄ pedale. b. appetit deſcēdere ꝑ lineā perpēdicularē: ⁊ hoc nō eſt poſſibile: niſi vnū eoꝝ ipe/diat aliud: eo ꝙ ſi debeāt ſic deſcēdere: vnū pellit aliḋ extra deſcēſum ꝑpēdicularē: impoſſibile enim eſt ꝙ in deſcēſu. a. b. linea intercipiat̄ inter pūcta. e. c. ¶ R̄ndet̄ ꝙ nō appetūt partes exñtes in toto deſcēdere ꝑ lineā breuiſſimā: nō enim quelibet appetit eſſe in centro mūdi: q2 hoc eſſet impoſſibile ſed ſolū vt centrū totius ſit centrum mundi: ⁊ vt totū per li/neam breuiſſimam deſcendat: partes enim inclinant confor/miter toti: ⁊ ideo. a. b. inclinant vt totum deſcendat per lineā d. c. ⁊ ipſa per modum ſequele: per lineas. a. f. ⁊. b. g. ⁊ ideo ne/gatur: ſi ſumat̄ ꝙ omne graue appetit deſcēdere per lineaꝫ breuiſſimam. hoc enim ſolum eſt verum de graui totali.

¶ Quinta ꝯ graui ſimplici deſcendēti nihil reſiſtit niſi me/diū ſaltem de per ſe. pꝫ: q2 nihil intrinſecuꝫ: nec limitatio po/

Ad rōnes Auēpace.

Graui ſimplici deſcēdenti nihil reſiſtit.

Obo

Solo

Nihil reſiſtit graui ſimplici deſcēdēti niſi medium.

UVA. BHSC. IyR_143_5

tentie. ġ ſolū extrinſecū nō videt̄ q̄d aliud extrinſecū reſiſtere ꝙ̄ mediū. ¶ Coꝛm. ad modū grauis vel leuis ſimplr reqrit̄ medium. pz: qꝛ reqrit̄ reſiſtētia ꝑ ſcdaz: ⁊ nihil reſiſtit ꝙ̄ mediū: ꝑ p̄cedētē.

Obīo. ſ. Thome. Solō.

¶ Sed dices nūquid dici poſſet ꝙ reſiſtit in cōpoſitiuas terminoꝝ: ſicut dicit beatꝰ Thomas. ¶ Rn̄det̄ ꝙ nō: qꝛ motus ſeqtur ꝓportionē virtutis actiue ſup reſiſtētiam: ⁊ nō ſeqtur ꝓportionē virtutis actiue ad incōpoſitionalitatē terminoꝝ. Itē qꝛ nō poſſet dici ſm quē gradū velocitatis motus fieret ex incōpoſitionalitate terminoꝝ: q̄a quātūcūqꝫ velociter fieret motus: adhuc ſeruaret̄ incōpoſitionalitas terminoꝝ. ¶ Sexta ꝯ. tota ſucceſſio ꝓuenit ex reſiſtētia medij in motu grauis ſimplicis deſcēdētis nō habentis colligationē cū alio: ad hāc mentē: ꝙ ſi nō eſſet reſiſtentia medij: ipm nō moueret̄ ſucceſſiue. pz ꝯ. qꝛ ad h̄ ꝙ ſit motus: reqrit̄ reſiſtētia: modo nihil reſiſtit tali graui niſi mediū: ꝓportionalr dicat̄ de leui ſimplici: ⁊ ſic quaſi mō ꝓuatiuo ſucceſſio dī ꝓuenire ex reſiſtentia medij.

Aliqd̄ p̄ter mediū reſiſtit grauibus miſtis deſcēdētibꝰ.

¶ Septima ꝯ. graui miſta deſcēdēti per aerē aut aquā: reſiſtit aliqd̄ p̄ter mediū. pz: qꝛ ei reſiſtit leuitas ignea intrinſeca: ⁊ veꝝ eſt ꝙ in ſphera ignis ei nihil intrinſecū reſiſteret: eo ꝙ ibi illa leuitas eſſet in loco nāli: ⁊ nō traheret ſurſuz aut deoꝛſum.

Obō. Solō.

¶ Sed dices nūqd celū moꝛ ſucceſſiue: cū ſuo motori nihil reſiſtit̄. ¶ Dr̄ ꝙ de h̄ eſt alia rō: de q̄ in 8° videbit̄: vel in 2° celi: q̄a motus celi nō fit ꝑ ꝑ getē ſicut motus ḡuis vl' leuis: ſic priꝰ dicebat̄.

An exiſte vacuo graui ſimplex in eo moueretur.

¶ Pro 3° dubio p̄ncipali eſt aduertēdū: ꝙ Ariſtoteles ꝯcederet ambas has ꝯñtias: ſi vacuū eſſet: graue ſimplex moueretur in eo: ⁊ ſi eſſet graue ſimplex non moueretur in eo: qꝛ reputaret ꝙ antecedēs eſſet ſimpliciter impoſſibile. ¶ Scdo ꝙ Ariſtoteles nō voluit vacuū nō eē: eo ꝙ graue ī eo nō moueret̄: ſed ꝓbauit vacuū nō eſſe ꝓpter hoc: ꝙ antiq crediderūt vacuū eſſe cām motus localis: ⁊ vacuū ſi eſſet / impediret motū localē rectū grauis ſimplicis: ſicut patebit ex dicēdis: ⁊ etiā qꝛ in eo nō fieret motus: iuxta dicta: ſed mutatio inſtantanea. ¶ Tertio ꝙ nulla illaꝝ ꝯñtiaꝝ valz: nec ēt iſta. ſi vacuū eſſet: ⁊ graue ſimplex eſſet in eo: ipſum moueret̄ in eo: qꝛ per potētiā diuinaz aīs eſt ſimplr poſſibile poni ineſſe: ſine hoc ꝙ ponat̄ ꝯñs ineſſe: ⁊ ideo ꝯditionales iſte ſunt īpoſes.

¶ Quarto ꝙ in vacuo bene poſſet fieri motus: qꝛ ſi oīa annihilata forēt que ſunt infra ſupficiē ꝯcauā aeris: ea remanēte ſm ſuas partes in ſimili ſitu: ⁊ figura: aer eſſet vacuuz: iuxta prius dicta: per quē bene fieret motus.

Dubō incidētalis. An vacuū infra ſupficiem aeris concauaz. Solō.

¶ Quinto ġ iuxta dicta intelligat̄ dubiū: vtrū ſi infra ſupficiē ꝯcauaz aeris ſit vacuū: lapis poſitus in eo moueret̄. De quo poſſunt poni ꝓpōnes diſſiles: qꝛ valde dubium eſſet q̄d ſequeret̄: eo ꝙ nullus vnq̄ ꝑcepit hoc factū: imo forte deus nunq̄ fecit. ¶ Prima eſt: ꝙ ſi ſic eſſet: ⁊ deꝰ ſupficiē aeris dimitteret ſue nāe: ipa ſubito iūgeret ſua latera: ⁊ repleret totū. pz: qꝛ hoc nālr appetit rōne dicta in p̄ma dubōne: ⁊ nulla eſſet reſiſtētia īpediēs. ¶ Scda ꝙ ſi deꝰ eā ſeruaret ſine ſui ꝯiūctiōe: ⁊ lapis ſub ea poneret̄ ſue nāe dimiſſus: ipſe rarefieret tantū quātum ſibi poſſibile foret vſqꝫ ad repletionez ſpatij. pz: qꝛ nālr inclinat̄ a celo ⁊ nālr obedit tali influētie celi.

Obō. Solō.

¶ Sed ꝯ dices. ſequeret̄ ꝙ lapis coꝛrūperet̄: ⁊ ipſe nō coꝛrūperet ſeipſuz: ⁊ nō vī q̄d aliud eū coꝛrūpat. ġ nō coꝛrūperet̄. pz maioꝛ: q̄a nō ſub qualz raritate pōt permanere lapis. ¶ Rn̄det̄ ꝙ nō eſt incōueniens ſi poneret̄ effectus quē poni eſt infinite potētie. ſ. diuine: ⁊ poſt lapis ſue nāe dimitteret̄ lapidē coꝛrūpi ꝓpter diffoꝛmitatē effectus poſiti cū nā lapidis. ¶ Tertio. ſi deus cū ſitu talis ſupficiei aeris ſeruaret lapidē ſine rarefactione ⁊ quo ad alia: cū ſue nature dimitteret̄ infinite potētie eēt lapidē illuz ab illa ſupficie aeris elōgare. pz: qꝛ ſi elōgatur ſubtus: nō ꝯſeruaret̄: eo ꝙ ꝯſeruat̄ ſm curſum ſolitū nāe a celo: ꝙ nō pōt agere niſi ꝑ ꝯtactū. annihilatio aūt eſt potētie infinite. ¶ Quarto. ſi deꝰ ſic ꝯſeruaret cū ſupficie aeris telū immiſſum verſus vacuū a baliſta ꝑpēdiculariter ipſum reuerteret̄ nālr vnde venit. pz. qꝛ nō pōt elōgari ab aere: ⁊ impetꝰ impreſſus natus eſt vltra mouere: cū ġ nō poſſet in rectum: moueret in reflexū. Silr mō ꝓbari pōt: ꝙ ſupficies illa ꝯcaua aeris eſſet optimū ſpeculū: qꝛ radius nō poſſet in rectum trāſire. ġ reuerteret̄ vn̄ venit. ¶ Quinta. ſi deꝰ cōſeruaret illum lapidē ſine rarefactione: ⁊ per totū poneret influentiam cōſeruatiuā lapidis: qualis eſt nūc: adhuc lapis nō deſcenderet de aere: qꝛ ſub aere in cōtactu nālius ꝯſeruaret̄ ꝙ̄ ī quolz ſitu infra: cū ibi ſit influētia eius ꝯſeruatiua: ⁊ cū hoc eſt medium ꝯriū: in q̄d agere pōt pro ſui ſilis gñatione: quoꝝ p̄mū: ꝑ caſum: eſt ſubtus: ſed 2m nō: ⁊ ideo ibi nālius ꝯſeruaret̄ ꝙ̄ ſubtus. ¶ Sexta. ſi deus ꝯſeruaret nixum grauis ſimplr ad eſſe ſubtus aliqd moto nixu quē habet ad gñare vel agere in ꝯriū ⁊ cū hoc cōſeruaret influentiā ꝯſeruatiuaz illius ſubtus: aere ſic conſeruato ſine eius cōcurſu: graue ſe ſubito poneret in locū ſeu ſitū nālē. pz: qꝛ nihil eſſet impediēs ſeu reſiſtēs. ġ ſubito mutaret ſe ad ſituz nālē. Ex quo ſeqtur ꝙ graue ſimplex ſic intra vacuū ꝯſeruatū ſm eius influxū cōez vel nālē nō remoueret̄ itra vacuū. pz ꝑ ꝯclōnē p̄cedētē. Et hoc de 3°.

Utrū aliqd poſſit eē ſucceſſiue vacuo. Vacuū ... eſt cōcau...

¶ Quantū ad 4m ſupponit̄ ꝙ ꝯcauū celi ſit vacuū: ⁊ ꝙ deus intra ipſuz ꝯſeruet diuerſas influētias locoꝝ ſurſum ⁊ deoꝛſum ⁊ alioꝝ: q̄dqꝫ cōſeruet res īpoſitas ſine nixu rarefactionis gñonis ſibi ſilis. ſ. ſolū vt tēdētes ad ſuū locū nālē: quem appeteret ſi oīa eēnt plena. Scdo ſupponit̄ ꝙ aliqd eſt graue mixtū. ⁊ hoc duplr. Uno mō ꝑ ꝯiūctionē graduuz ḡuitatis ⁊ leuitatis in eodē ſubto: ſicut ī miſto ⁊ elemētis. Alio modo per interceptionē coꝛpis leuis inter partes grauis: ſicut in ligni poꝛis eſt incluſus aer.

1ª ꝓpō. ¶ Tūc ponunt̄ ꝓpōnes. p̄ma eſt: ꝙ graue ſimplex pōt ſucceſſiue moueri infra vacuū ex colligatione eius cum alio. patet: quia ſi vnum graue ſimplex poneretur in vno bꝛachio libꝛe: ⁊ maius in alio: maius traheret minus ſurſuz: ⁊ ſic ſucceſſiue aliud ſurſuz traheret: ſicut ipſuz ſucceſſiue deſcenderet: reſiſtentia enim ſufficiens eſſet graue contra ponderans.

2ª ꝓpō. ¶ Scda ſtat graue miſtū moueri in vacuo ſucceſſiue. pz: qꝛ hꝫ reſiſtētiā intrinſecā: que eſt cauſa ſucceſſionis.

3ª ꝓpō. ¶ Tertia ſtat graue miſtū velocius ꝑ nām ſuā ſtante tali vacuo moueri in pleno ꝙ̄ in vacuo. pz ponēdo graue miſtū in concauo ignis ꝙ habeat vnū gradū leuitatis ignis: duos gradus grauitatis aeris: tres grauitatis aque: ⁊ grauitatis terre q̄nqꝫ: ⁊ ſit mediū aereū reſiſtēs ei deſcēdēti vt vnū: cuius cōcauitas ſit vacuū: ſic. ſ. ꝙ ſphere terre ⁊ aque ſint annihilate. Tūc ꝯſtat ꝙ in ſphera aeris octo trahūt deoꝛſum. ſ. tres aque: ⁊ q̄nqꝫ terre: ⁊ duo reſiſtūt. ſ. leuitas ignis vt vnuz ⁊ mediū vt vnum. Leuitas enī aerea in loco nāli non trahit ſurſum nec deoꝛſum: ⁊ ſic motus eſt a ꝓportione quadrupla. Cū ante trāſit ſupficiē cōcauā aeris: ⁊ mouet̄ in vacuo ſeu intra vacuū: reſiſtētia fit vt tria: qꝛ duo aeris: ⁊ vnus gradus leuitatis ignis tūc reſiſtūt: ⁊ motoꝛ fit vt quinqꝫ: eo q̄d gradus grauitatis aque in ſuo ſitu ſue ſphere nō trahūt: que ꝓpoꝛtio eſt minoꝛ ꝙ̄ dupla. Unde ſeqtur ꝓpoſitū: velocius enim mouet motoꝛ a ꝓpoꝛtione quadrupla ꝙ̄ dupla.

4ª ꝓpō. ¶ Quarta ꝓpō. intra hoc vacuū aqua pura poneret ſe ſubito ad locū nālē. pz ꝑ ſextā p̄cedētis dubij: qꝛ eſt graue ſimplex.

5ª ꝓpō. ¶ Quinta intra tale vacuū plūbū deſcēderet ſucceſſiue. pz: qꝛ hoc eſt graue miſtū. ¶ Coꝛm. ſtat eſſe duo coꝛpoꝛa nālr deoꝛſum cadentia: quoꝝ vnū in eque libꝛa plꝰ pōderat ꝙ̄ aliud: tn̄ minus pōderans per ſe poſitū ſubito attingeret locū deoꝛſum ⁊ citius: magis ꝟo pōderās tardius. pz: qꝛ in eque libꝛa equale plumbū plus pōderaret equali aqua pura: ꝓut vī ſatis experiētia docere: ⁊ tn̄ aqua pura ſubito: plūbum ꝟo ſucceſſiue intra vacuū attingeret locum deoꝛſum.

6ª ꝓpō. ¶ Sexta ꝓpō ſtat. ꝙ aliqd in pleno ꝑ ſe poſitū moueret̄ velocius deoꝛſum ꝙ̄ aliud datū: ⁊ tn̄ vtroqꝫ manēte ieq̄li figura in eque libꝛa: q̄d ꝑ ſe minus velociter deſcēderet: plus pōderaret. pz rōne diuerſe cōpoſitionis leuitatis cū grauitate: vt ſi. a. eſſet graue

vt quatuoꝛ

UVA. BHSC. IyR_143_5

vt quatuoꝛ: ⁊ leue vt duo: ⁊.b.eſſet graue ſicut octo: ⁊ leue ſicut q̄nqꝫ: tunc in pleno alijs parib⁹.a.per ſe poſitū velocius deſcēderet q̄ꝫ.b.q̄a a ꝓportione dupla reſpectu reſiſtētie intrinſece: ⁊.b.a ꝓportione minoꝛe: tñ in eque libꝛa.b.trahet.a. ſurſum: q̄a virtus actiua ad motū ſurſuꝫ.a.eſſet decē: q̄ꝛ duo leuitatis.a. ⁊ octo ğuitatis.b. ⁊ virtus reſiſtitiua nō eſſet niſi nouē: ſcꝫ q̄tuoꝛ ğuitatis.a. ⁊ q̄nqꝫ leuitatis.b. ¶ 7ª ppō. In vacuo aīalia nō poſſent diu viuere ſue nāe dimiſſa.pꝫ: quia nō hn̄t nutrimētū: ⁊ q̄ꝛ ꝑfecte nō hn̄t mediū inſpirandi. ¶ 8ª. In vacuo pōt fieri motus alterationis ab intrinſeco ⁊ ab extrinſeco tangēte.pꝫ: q̄ꝛ aqua calefacta reduceret ſe: etiā q̄a aq̄ tangēs ignē ageret in ipſuꝫ. ¶ 9ª. In vacuo nō fieret motus alterationis ab extrinſeco nō tangēte.pꝫ: q̄ꝛ non pōt diffundi vnio coꝛpoꝝ niſi per cōtactū: qđ nō eſſet in vacuo. ¶ 10ª. In vacuo nō fieret viſio/odoꝛatio/vel auditio.pꝫ: q̄a illa req̄rūt mediū extrinſecū: qđ nō eēt in vacuo. ¶ 11ª. In vacuo nō fieret motus ambulationis: nec volationis: nec natationis.pꝫ: ambulans nō hr̄et vbi figeret pedē: etiā volans ſeu natans indiget medio ſubſtentante: qđ nō eſſet in vacuo. ergo ⁊c̄. Hec de quarto principali.

¶ Pro q̄nto eſt notandū: ꝙ rarefactio ⁊ ꝯdenſatio capit̄ ꝓp̄e ⁊ impꝛopꝛie. Impꝛopꝛie eſt mutatio q̄ coꝛp⁹ occupat maiorem locū q̄ꝫ ante ꝓpter ingreſſium coꝛpoꝝ ſubtiliū partium eius deſcēdētiū: q̄uo lana pꝛius artata in ſacco: amoto ſacco rareſit. Per oppoſitū ꝯdenſatio dr̄ mutatio: qua coꝛp⁹ occupat minoꝛē locū q̄ꝫ p̄us occupabat: ꝓpter egreſſium coꝛpoꝝ ſubtiliū partiū p̄us in eo incluſoꝝ: q̄uo lana cū cōpꝛimit̄ cōdenſari dr̄: ⁊ nō eſt ſermo de his ad pn̄s. Pꝛop̄e aūt rarefactio eſt mutatio: qua coꝛp⁹ reddit̄ maius q̄ꝫ p̄us erat: ſine ingreſſu extrinſeci ſeu ab extrinſeco. Et ꝑ oppoᵐ ꝯdenſatio dr̄ mutatio qua coꝛp⁹ reddit̄ minus q̄ꝫ p̄us erat ſine egreſſu alicui⁹ extrinſeci ꝙ p̄us erat in eo. Et de his ſolū ad pn̄s itēdit̄.

ppō. ¶ Tunc de ꝯdenſatione hoc mō dicta.ſit pª ppō. Condenſatio eſt poſſ̄is ꝑ ſolū motū localē.pꝫ: q̄a incuruatione virge medietas cōcaua cōdenſat̄: ⁊ tñ nō p̄cedit alteratio. Itē q̄a in dolio quātūcunqꝫ pleno: adhuc iponit̄ bene foꝛa totū ſeu ducillus: vt experiētia docet: ⁊ tunc opꝫ vinū ꝯdenſari: ⁊ nō ꝑ alteratione: ⁊ cū ignis ğnat̄ ex ſtraminib⁹: ip̄e occupat maioꝛē locū q̄ꝫ occupauit ſtramen: ⁊ ex ꝯn̄ti opꝫ aerem cedere: al̄s opoꝛteret celū cōturbari ſeu ꝯdenſari in ſurſuꝫ: ⁊ cōſtat ꝙ nō fit ꝯdēſatio iſta niſi per cōpꝛeſſionē ab igne. alteratio enim que eſt ibi eſt calefactio que magis rarefaceret q̄ꝫ condenſaret.

2ª ¶ 2ª ppoſitio. Rarefactio eſt poſſibilis per motū localeꝫ.patet: q̄ꝛ dolio ſemipleno vino ⁊ bene obſtricto: adhuc educit̄ bene vna quarta vini: ꝙ nō eſſet niſi aer rarefieret ibi ꝑ modum ſequele ad motuꝫ localē vini.

3ª ¶ 3ª ppoſitio. Ad maioꝛē quātitatem poteſt aer condēſari vel rarefieri per motū alterationis: q̄ꝫ per ſolū motuꝫ localē.patet per experiētiā. aer in fiala calefacta ꝯdenſat̄ ad duplū. vt patet aq̄ vſqꝫ ad mediū fiale aſcēdēte: nullus aūt vnq̄ꝫ pōt expiri aerē ꝑ motū localē ꝯdenſari ad duplū. nō eniꝫ vinū ex dolio ſemipleno aere poſſet extrahi: niſi aer ab extriſeco igrederet̄: vt experiētia docet.

4ª ¶ 4ª ppō. Nunq̄ꝫ mā tātū rarefit in aq̄ vel in terra: quātū rarefieri pōt ī igne ꝑ gn̄ōnē ignis ex eis.pꝫ: q̄a da oppoᵐ: ſeq̄ret̄ ꝙ terra vel aq̄ poſſet ſine miraculo eſſe ita rara ſicut ignis: qđ videtur falſuꝫ.

5ª ¶ 5ª ppō. Tota maſſa māe p̄me nunq̄ꝫ ꝯdenſat̄ vel etiā rarefit.pꝫ: q̄a ſi tota minoꝛē locū occuparet: ꝯcauū oꝛbis lune: q̄ ad aliquā partē maneret vacuū: ⁊ ſi tota maioꝛ fieret penetraret ipſuꝫ ꝯcauū: quoꝝ nullū pōt fieri ꝑ nām. ¶ Coꝛreᵐ. hec ꝯn̄tia eſt bona: aliq̄d ꝯdenſat̄. ğ aliq̄d rarefit: ⁊ eꝯ.patet ꝑ rōnē iaꝫ factā pꝛius.

6ª ¶ 6ª. Hec rarefactio vel ꝯdenſatio nō fit ꝑ itroitū vl̄ exitū vacuitatū.pꝫ: q̄ꝛ tales nō ſunt ꝑ dicta.

7ª ¶ 7ª. Quelibet hāꝝ mutationū fit: eo ꝙ hec mā q̄ eſt magna actu eſt in potētia parua: ⁊ q̄ eſt parua actu: eſt in potētia magna.pꝫ: q̄ꝛ fit de paruo magnuꝫ ⁊ de magno paruū: ſicut in alijs mutationibus: modo albū fit nigrū: eo ꝙ actu albuꝫ eſt in potētia nigrū: ⁊ ecōtra. igit̄ ⁊c̄.

Qđ icidētalis ḋ modo rarefactionis.

¶ Sed dubitat̄ de modo quo fit rarefactio. Ad qđ dicunt illi q ponunt quātitatē continuā ſubſtantie eſſe ipſāmet ſubāꝫ: ꝙ fit per ſolū motū localē partiū: quo partes que p̄us erant ꝓpinquioꝛes elongant̄ magis ab inuicē. Scđi dicunt ꝙ rarefactio fit per realē gn̄ōneꝫ qualitatis que vocat̄ raritas. Item cōdenſatio ꝑ coꝛruptionē illi⁹ ⁊ introductionē denſitatis. (pª pō. 2ª pō.)

Impugnatio pᵉ opinionis.

Pꝛimus modus videt̄ deficere: q̄ꝛ ſcḋm eum ſequi videt̄: ꝙ aliqđ pedale ignis eſt eque denſuꝫ ſicut pedale terre: vel ꝙ aliq̄ mā ſtat ſine foꝛma. ꝯn̄s eſt falſum: vt notuꝫ eſt. ꝓbat̄ ꝯn̄tia: quia ſi pedale terre eſt denſius: hoc eſt q̄ꝛ habet plus de mā ſub equali extenſione per diffinitionē denſioꝛis. denſum eniꝫ dicit̄ ꝙ habet multū de mā ſub pauca extēſione: ⁊ denſius ꝙ habet plus ⁊c̄. Simil̄r rarum ꝙ hꝫ paucū de mā ſub multa extenſione: ⁊ rarius ꝙ ſub equali hꝫ minus.

Dubō icidentalis.

¶ Querit̄ ergo vtrū pedale terre hꝫ plus de mā in multitudine: ⁊ ħ nō: q̄ꝛ in vtriſqꝫ mā eſt īfinite partis: vel in magnitudine actuali: ⁊ hoc non: quia vtrūqꝫ eſt actu ſolū pedale: vel in magnitudine potētiali. vꝫ. ꝙ pedale terre pōt rarefieri: ⁊ mā eius pōt eſſe centipedalis vel mille pedū: ⁊ nō ſic pōt extēdi mā ignis: ⁊ ſi ſic: cum mā pedalis ſit eēntial̄r ſua extēſio: ſeq̄tur ꝙ in terra ſunt cētū partes pedales māe ſimul per penetrationē: cū foꝛma pedalis terre nō inhereat niſi vni pedali terre: ſeq̄t̄ ꝙ alia nonagintanouē erunt ſicut foꝛma.

Obo. ¶ Foꝛte reſpondebis ꝙ cuilibet potētiali pedali inheret foꝛma pedalis terre.

Solo. ¶ Cōtra. ſi ſic. tunc eēntial̄r: tātū poſſet extēdi foꝛma terre ſicut mā eius: ⁊ ſic terra manens terra eēntial̄r poſſet eē ita rara ſicut ignis: q̄ꝛ nō repugnat foꝛme terre eſſe ſub tāta raritate ſicut ignis. ſi eniꝫ pedalia terre ſic ſe penetrarent ꝙ qđlibet pedale materie potētialiter exiſtēs in pedali terre eſſet infoꝛmatū foꝛma pedali terre: q̄re nō poſſent ita bene he partes eſſe extra inuicē ſicut ſimul ꝑ penetrationē. ¶ Confirmat̄ ſic ſcḋm hāc opinionē mā eſt ſua extēſio. Supponat̄ ergo ꝙ hec mā ſit ita rara ſicut eſt materia ignis. Et arguat̄ ſic. Quantacunqꝫ hec materia eſt nunc in pedali terre: tanta fuit pꝛius hec materia terre: ſed mille pedales eſt nunc. igitur in pedali terre fuit pꝛius mille pedalis materia. diſcurſus eſt bonus: q̄a ſub diſtributione maioꝛis in pꝛedicamento quantitatis capitur terminus in minoꝛe: ⁊ patet maioꝛ per te: q̄a per rarefactionem nulla quātitas acquiritur. ergo quātacunqꝫ eſt hec materia nunc: ſemper ante fuit tanta. Et minoꝛ ſupponitur: tunc vltra arguatur ſicut p̄us: ꝙ materia ſtetit ſine foꝛma: vel ꝙ in vno pedali terre ſunt mille pedalia terre per penetrationem: vel ꝙ vna foꝛma pedalis inheret mille ſubſtantijs diſtinctis.

Rº ¶ Reſpondet̄ foꝛte negando maioꝛem: quia lꝫ per rarefactionem: nulla noua quantitas acquiritur: tamen materia per eam incipit eſſe maioꝛ propter motum localem: ⁊ per cōſequens ſequitur ꝙ lꝫ materia ſit ſua extenſio: tamen non repugnat ei quin vno tempoꝛe ſit extenſio maioꝛ: ⁊ alio tempoꝛe minoꝛ.

Contra. Iſtud non valet: quia ſi ſic: ſequitur ꝙ ignis habet tantam mām ſicut terra equalis quantitatis: q̄re eque denſus eſſet. Pꝛobatur: q̄a extenſioni ſue non repugnat eſſe quālibet maioꝛem plus q̄ꝫ extenſioni terre: ex quo extenſio ſine aliqua additione vel ablatione magnitudinis poteſt eē maioꝛ ⁊ minoꝛ: ⁊ nō potioꝛ ratio de hac extēſione q̄ꝫ de alia. ¶ Confirmat̄: quia videtur ꝙ eque eſſentialiter ſicut gradus albedinis eſt ſua intenſio: ita bipedalitas ſit ſua extēſio ⁊ mens humana non concipit: ꝙ gradus albedinis fiat in ſe intēſioꝛ niſi aliq̄d ſibi addat̄. Et ex cōſequenti falſum dicūt illi: ꝙ extenſio data ſine aliquo ſibi ſuperaddito poteſt fieri maioꝛ.

Impugnatio 2ᵉ opinionis.

¶ Scđa opinio etiaꝫ videtur deficere: quia ponit ꝙ raritas ſit accidens diſtinctū ꝯtra mām: oppoᵐ videt̄ velle Cōmē. 2º de celo ī deſcriptiōe denſi ⁊ rari: q̄ p̄us ſunt poſite:

ſm enī illas: paucitas mãe ſub multa extẽſione eſt raritas. mō paucitas eſt met res pauca: ſicut paucitas denarioꝝ eſt met denarij. Itē fruſtra poneret̃ paucitas ſupaddita materie pauce: q2 oīa poſſunt ſaluari ſine taliū entiū multitudine.

3ª pō. Quapropter videt̃ relinq̃ tertius modus: ꝙ rarefactio fit ꝑ gnōnē noue quãtitatis maioris in mã. Et condenſatio ꝑ corruptionē maioris ⁊ gñationē minoris quãtitatis in eadē materia. ſicut enī intẽſior albedo reddit magis albū: ita maior extẽſio reddit magis extenſum: ⁊ hoc eſt cõforme dicto in pͦ quo dicebat̃: ꝙ extẽſio ſube eſt res diſtincta a ſuba extenſa.

An in rarefactione quãtitatis q̄ pus fuit maneat cū ſequete.

❡ Sed eſt dubiū. vtrū in rarefactione quãtitatis que pus fuit: maneat cum ſequẽte. ❡ Et rñdet̃ ꝙ non: q2 rarefactiones agit in totū corpus qḋ rarefit: ⁊ ideo qua rõne gñiat magnitudinē nouã de vna parte mãe: eadē rõne gñaret de q̄libet eiuſdē mãe. Itē ſi cum aer nunc pedalis rarefactione fit bipedalis: pedale pͫ extenſuz: per totū aerē maneret cū pedali nouo genito ꝑ rarefactionē. videt̃ ſequi accidēs trãſire de ſubto in ſubm. materia enī que extẽdit̃ poſt rarefactionē pedali nouo: extẽdebat̃ aliq̄ parte q̄titatis pedalis pexiſtẽtis: ⁊ illa pte poſt nō extẽdit̃: q̄re ſi iſta pars manet: ipſa dimittit illud ſubm ⁊ intrat aliud: eodē modo in condenſatione condenſans corrūpit quãtitatē maiorē p̄exiſtẽtē: ⁊ generat minorē ſupueniẽte de potẽtia mãe.

